

in manibus nostris
etiam Og regem Basan et universum
populum eius
percussimusque eos usque ad inter-
nicionem
4 vastantes cunctas civitates illius uno
tempore
2,36 non fuit oppidum quod nos effugeret
III Rg 4,13 sexaginta urbes omnem regionem
Argob regni Og in Basan
5 cunctae urbes erant munitae muris
altissimis portisque et vectibus
absque oppidis innumeris quae non
habebant muros
2,34,35 6 et delevimus eos sicut feceramus Se-
on regi Esebon
disperdentes omnem civitatem viros-
que ac mulieres et parvulos
7 iumenta autem et spolia urbium di-
ripuimus
8-10; 4,47-49 8 tulimusque illo in tempore terram de
manu duorum regum Amorreo-
rum qui erant trans Iordanem
a torrente Arnon usque ad montem
Hermon
9 quem Sidonii Sarion vocant et Amor-
rei Sanir
10 omnes civitates quae sitae sunt in
planitie
et universam terram Galaad et Ba-
san
1,41 usque Selcha et Edrai
civitates regni Og in Basan
11 solus quippe Og rex Basan restiterat
de stirpe gigantum
monstratur lectus eius ferreus qui est
in Rabbath filiorum Ammon
novem cubitos habens longitudinis
et quattuor latitudinis
ad mensuram cubiti virilis manus
Ios 13,15,16 12 terramque possedimus in tempore
illo
2,361 ab Aroer quae est super ripam tor-
rentis Arnon

usque ad mediam partem montis
Galaad
et civitates illius dedi Ruben et Gad Nm 32,331
13 reliquam autem partem Galaad et
Ios 13,29-31 omnem Basan regni Og
tradidi mediae tribui Manasse
Ios 22,7 omnem regionem Argob
cuncta Basan vocatur terra gigan-
tum
14 Iair filius Manasse possedit omnem Nm 32,411
regionem Argob
usque ad terminos Gesuri et Ma-
chathi
Ios 13,30; Idc 10,4 vocavitque ex nomine suo Basan
Avothaiar id est villas Iair usque in
praesentem diem
15 Machir quoque dedi Galaad Nm 32,401
16 et tribubus Ruben et Gad dedi ter- Nm 32,291
ram Galaad usque ad torrentem
Arnon
medium torrentis et finium
usque ad torrentem Ieboc qui est
terminus filiorum Ammon
17 et planitiem solitudinis atque Iorda- 4,49;
nem Nm 34,11,12
et terminos Chenereh usque ad ma-
re Deserti quod est Salsissimum
ad radices montis Phasga contra ori-
entem
18 praecepique vobis in tempore illo Nm 32,291
dicens 18-20;
Ios 1,12-15 Dominus Deus vester dat vobis ter-
ram hanc in hereditatem
expediti praecedite fratres vestros
filios Israhel omnes viri robusti
19 absque uxoribus et parvulis ac iu- Nm 32,4
mentis
novi enim quod plura habeatis pe-
cora
et in urbibus remanere debebunt
quas tradidi vobis
20 donec requiem tribuat Dominus frat- Nm 32,21,22
ribus vestris sicut vobis tribuit
et possideant etiam ipsi terram quam

daturus est eis trans Iordanem
tunc revertetur unusquisque in pos-
sessionem suam quam dedi vobis
21 Iosue quoque in tempore illo prae-
cepi dicens
oculi tui viderunt quae fecit Domi-
nus Deus vester duobus his regibus
sic faciet omnibus regnis ad quae
transiturus es
1,29,301 22 ne timeas eos Dominus enim Deus
vester pugnabit pro vobis
23 precatusque sum Dominum in tem-
pore illo dicens
24 Domine Deus tu coepisti ostendere
Ier 10,61 servo tuo magnitudinem tuam ma-
numque fortissimam
4,391 III Rg 8,23; II Par 6,14 neque enim est alius Deus vel in cae-
lo vel in terra
qui possit facere opera tua et con-
parari fortitudini tuae
25 transibo igitur et videbo terram hanc
optimam trans Iordanem
et montem istum egregium et Liba-
num
1,37 26 iratusque est Dominus mihi propter
vos
nec exaudivit me sed dixit mihi
sufficit tibi nequaquam ultra loqua-
ris de hac re ad me
27 ascende cacumen Phasgae
34,1; Nm 27,121 et oculos tuos circumfer ad occiden-
tem et aquilonem austrumque et
orientem et aspice
1,371 4,22 nec enim transibis Iordanem istum
1,381 28 praecipe Iosue et corrobora eum at-
que conforta
quia ipse praecedet populum istum
et dividet eis terram quam visurus
es
4,46 29 mansimusque in valle contra fanum
Phogor
5,61 5,1; 6,1; Pa 77,11 Bar 3,9 4 et nunc Israhel audi praecepta et iu-
dicia quae ego doceo te
8,1; 11,31,321 ut faciens ea vivas
12,1; Lv 18,51

et ingrediens possideas terram quam Ex 12,251
Ez 36,27,28 Dominus Deus patrum vestrorum
daturus est vobis
2 non addetis ad verbum quod vobis 12,32; Prv 30,61
loquor neque auferetis ex eo
custodite mandata Domini Dei ves-
tri quae ego praecipio vobis
3 oculi vestri viderunt omnia quae fe-
cit Dominus contra Beelphegor
quomodo contriverit omnes cultores
eius de medio vestri
4 vos autem qui adheretis Domino Ps 62,9; 72,28
Deo vestro vivitis universi usque in
praesentem diem
5 scitis quod docuerim vos praecepta 1,21 14; 5,31
atque iustitias
sicut mandavit mihi Dominus Deus
meus
sic facietis ea in terra quam posses-
suri estis 6 et observabitis et imple-
bitis opere
I Par 28,7,8 haec est enim vestra sapientia et in-
tellectus coram populis
ut audientes universa praecepta haec
dicant
en populus sapiens et intellegens
gens magna
7 nec est alia natio tam grandis quae 33,29
habeat deos adpropinquantes sibi
sicut Dominus Deus noster adest
cunctis obsecrationibus nostris
Ps 144,18
8 quae est enim alia gens sic inclita ut
habeat caerimonias iustaque iudicia
et universam legem quam ego pro-
ponam hodie ante oculos vestros
Ps 147,20
9 custodi igitur temet ipsum et animam 15
tuam sollicitate
6,6,71 32,461 ne obliviscaris verborum quae vide-
runt oculi tui
et ne excedant de corde tuo cunctis
diebus vitae tuae
docebis ea filios ac nepotes tuos
10 diem in quo stetisti coram Domino
Deo tuo in Horeb

AOC 4 in om. C | 8 in om. OΣ; ~ in illo L | 9 sidones arion CF1 | et om. AF | 10 usque
ELFSTMΦ1 + ad c | in² et OΣ.; et in F. | 12 in om. c. | 13 tradidi dimidia O | cunctaque c. |
ct 14 possidet CF1 | 16 terram] de terra c | et confinium c | 18 expedit A | 19 ac]
atque c | 20 ~ ipsi etiam 1c. |

21 ad quae] ad quem CΣ | 26 ~ mihi dominus CEL | tibi] mihi O1 | 27 et²] ad O.;
et ad ΣLSc | 29 in uallem AF1 || 4,2 neque] nec c | 5 in terram OCET1 | 6 uniuersa
L cr 211 uniuersi cet. | gens om. OCF1 | 7 neque C | dominus CELFM1211 om. cet. |
9 excidant CEc | tuae + et A | 10 die 1; a die c. |

	quando Dominus locutus est mihi dicens	ministerium cunctis gentibus quae sub caelo sunt	
Ex 19,9	congrega ad me populum ut audiat sermone meos	²⁰ vos autem tulit Dominus et eduxit de fornace ferrea Aegypti	Ex 3,17f Jer 11,4 9,29; III Rg 8,5f
14,23; Ex 20,20f	et discat timere me omni tempore quo vivit in terra doceantque filios suos	ut haberet populum hereditarium sicut est in praesenti die	32,9f Est 14,5; Ps 32,12
Ex 19,17,18	¹¹ et accessistis ad radices montis qui ardebat usque ad caelum erantque in eo tenebrae nubes et caligo	²¹ iratusque est Dominus contra me propter sermones vestros et iuravit ut non transirem Iordanem	1,37f
II Sm 22,12; Ps 17,12; 96,2		nec ingrederer terram optimam quam daturus est vobis	Nm 20,12f
33; 5,4f 22,24,26	¹² locutusque est Dominus ad vos de medio ignis vocem verborum eius audistis et formam penitus non vidistis	²² ecce morior in hac humo non transibo Iordanem vos transibitis et possidebitis terram egregiam	3,27f
Ex 19,9; Sap 18,1; Act 9,7f		²³ cave nequando obliviscaris pacti Domini Dei tui quod pepigit tecum et facias tibi sculptam similitudinem eorum quae fieri Dominus prohibuit	Ex 20,4f
Ex 34,28f	¹³ et ostendit vobis pactum suum quod praecipit ut faceretis et decem verba quae scripsit in duabus tabulis lapideis		
5f 5,31	¹⁴ mihique mandavit in illo tempore ut docerem vos caerimonias et iudicia quae facere deberetis in terra quam possessuri estis	²⁴ quia Dominus Deus tuus ignis consumens est Deus aemulator	9,3; Ex 20,5f Hbr 12,29
9	¹⁵ custodite igitur sollicitae animas vestras non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est Dominus vobis in Horeb de medio ignis	²⁵ si genueritis filios ac nepotes et morati fueritis in terra deceptique feceritis vobis aliquam similitudinem	
Ez 16,17f	¹⁶ ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut imaginem masculi vel feminae	patrantes malum coram Domino Deo vestro ut eum ad iracundiam provocetis	II Par 29,6f Ps 50,6f 9,18; 31,29f Or Man 10 9,7f 32,16f Idc 2,12 30,19; 31,28f IV Esr 2,14
16-18; Ex 20,4f Ez 8,10		²⁶ testes invoco hodie caelum et terram cito perituros vos esse de terra quam transito Iordane possessuri estis	30,18
	¹⁷ similitudinem omnium iumentorum quae sunt super terram vel avium sub caelo volantium	non habitabitis in ea longo tempore sed debet vos Dominus ²⁷ atque disperget in omnes gentes et remanebitis pauci in nationibus ad quas vos ducturus est Dominus	28,64; Lv 26,33; Ps 43,12f
17,3; Sap 13,2	¹⁸ atque reptilium quae moventur in terra sive piscium qui sub terra morantur in aquis	²⁸ ibique servietis diis qui hominum manu fabricati sunt ligno et lapidi qui non vident non audiunt non comedunt non odorantur	28,36; IV Rg 19,18; Is 37,19; 44,11 Ps 113,12-14; 134,15-17; Sap 15,15
	¹⁹ ne forte oculis elevatis ad caelum videas solem et lunam et omnia astra caeli et errore deceptus adores ea et colas quae creavit Dominus Deus tuus in		

AOC 10 ut] et OF | audiant Mc. | discant CFMc. | uiuunt Mc. | 11 radicem CELS | tenebrae + et c | 13 *deest* | usque ad 8,1 | scripsit + uobis C | 15 ~ uobis dominus c. | 16 scalptam ATM | 19 ~ eleuatis oculis c | in ministerio CF | 21 est¹ om. O | et om. O | 23 scalptam AT | 24 *iterum adest* A | 26 iordanem O; iordanen CE | 28 non². 3. 4 | nec c |

	rantur	men eorum post eos	
30,2	²⁹ cumque quaesieris ibi Dominum Deum tuum inuenies eum si tamen toto corde quaesieris et tota tribulatione animae tuae	eduxitque te praecedens in virtute sua magna ex Aegypto	Ex 13,3f
	³⁰ postquam te invenerint omnia quae praedicta sunt novissimo tempore reverteris ad Dominum Deum tuum et audies vocem eius	³⁸ ut deleret nationes maximas et fortiores te in introitu tuo et introduceret te daretque tibi terram earum in possessionem sicut cernis in praesenti die	7,1; 9,1,31 11,23f 12,29f 18,12 Ex 23,27
	³¹ quia Deus misericors Dominus Deus tuus est non dimittet te nec omnino delebit neque obliviscetur pacti in quo iuravit patribus tuis	³⁹ scito ergo hodie et cogitato in corde tuo quod Dominus ipse sit Deus in caelo sursum et in terra deorsum et non sit alius	3,24f Ex 9,14f Ios 2,11; III Rg 8,23
32,7	³² interroga de diebus antiquis qui fuerunt ante te ex die quo creavit Deus hominem super terram	⁴⁰ custodi praecepta eius atque mandata quae ego praecipio tibi ut bene sit tibi et filiis tuis post te et permanas multo tempore super terram quam Dominus Deus tuus daturus est tibi	Gn 26,5f 5,29f 32,33f 6,2,3f 17,18f 11,8,9; 32,46,47; Ex 20,12
Gn 1,27f Is 45,12		⁴¹ tunc separavit Moses tres civitates trans Iordanem ad orientalem plagam	41,42; Nm 35,13-15f
Ps 18,7	a summo caeli usque ad summum eius si facta est aliquando huiusmodi res aut umquam cognitum est	⁴² ut confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum nec fuerit inimicus ante unum et alterum diem et ad harum aliquam urbium possit evadere	
12f	³³ ut audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis sicut tu audisti et vixisti	⁴³ Bosor in solitudine quae sita est in terra campestri de tribu Ruben et Ramoth in Galaad quae est in tribu Gad et Golan in Basan quae est in tribu Manasse	Ios 20,8; I Par 6,78 Ios 21,37; I Par 6,80 Ios 21,27; I Par 6,7f
II Sm 7,23f	³⁴ si fecit Deus ut ingrederetur et tolleretur sibi gentem de medio nationum per temptationes signa atque portenta per pugnam et robustam manum extentumque brachium et horribiles visiones	⁴⁴ ista est lex quam proposuit Moses coram filiis Israel ⁴⁵ et haec testimonia et caerimoniae atque iudicia quae locutus est ad filios Israel quando egressi sunt de Aegypto	
6,22f 7,19; 29,3; 34,11,12f		⁴⁶ trans Iordanem in valle contra fatum Phogor in terra Seon regis Amorrei qui habitavit in Esebon quem percussit	3,29
Ex 19,4f Nm 14,22f	³⁵ ut scires quoniam Dominus ipse est Deus et non est alius praeter unum Deum ³⁶ de caelo te fecit audire vocem suam ut doceret te et in terra ostendit tibi ignem suum maximum et audisti verba illius de medio ignis		
32,39; Ex 8,10; I Sm 2,2f III Rg 8,60f Is 45,6f; Mc 12,32 Ex 20,22		³⁷ quia dilexit patres tuos et elegit se-	7,8f 10,15

31 deus¹] dominus CE | 32 caelo A c | 33 dei] domini CEL | tu om. O | uixisti] uidisti OSΦ | 35 unum] eum OΣ c | 39 cogita OFΦ | sit¹] est OCΦ | 42 nec + sibi c. |

AOC
ΣALFSTMΦ
cr

Moses
filii quoque Israhel egressi ex Aegyp-
to ⁴⁷possederunt terram eius
et terram Og regis Basan
duorum regum Amorreorum qui
erant trans Iordanem ad solis or-
tum
2,361 ⁴⁸ab Aroer quae sita est super ripam
torrentis Arnon
usque ad montem Sion qui est et
Hermon
3,171 ⁴⁹omnem planitiem trans Iordanem ad
orientalem plagam
usque ad mare Solitudinis et usque
ad radices montis Phasga
4,11 ⁵vocavitque Moses omnem Israhalem
et dixit ad eum
audi Israhel caerimonias atque iu-
dicia
quae ego loquor in auribus vestris
hodie
discite ea et opere complete
29,1; Gn 9,91 ²Dominus Deus noster pepigit no-
biscum foedus in Horeb
³non cum patribus nostris iniit pac-
tum
sed nobiscum qui inpraesentiarum
sumus et vivimus
34,10; Ex 33,11; Nm 12,8
22; 4,121 ⁴facie ad faciem locutus est nobis in
monte de medio ignis
⁵ego sequester et medius fui inter Do-
minum et vos in tempore illo
ut adnuntiarem vobis verba eius
timuistis enim ignem et non ascen-
distis in montem
Ex 20,18
6-21;
Ex 20,2-17
6,13; Ex 3,171
Ps 80,11;
IV Esr 1,7
⁷non habebis deos alienos in con-
spectu meo
Ps 80,10
⁸non facies tibi sculptile nec similitu-
dinem omnium
quae in caelo sunt desuper et quae
in terra deorsum et quae versantur

in aquis sub terra
⁹non adorabis ea et non coles
ego enim sum Dominus Deus tuus
Deus aemulator
reddens iniquitatem patrum super
filios in tertiam et quartam genera-
tionem his qui oderunt me
10,121 ¹⁰et faciens misericordiam in multa
milia diligentibus me et custodien-
tibus praecepta mea
¹¹non usurpabis nomen Domini Dei
tui frustra
quia non erit impunitus qui super re-
vana nomen eius adsumpserit
¹²observa diem sabbati ut sanctifices
eum sicut praecepit tibi Dominus
Deus tuus
¹³sex diebus operaberis et facies om-
nia opera tua
¹⁴septimus dies sabbati est id est re-
quies Domini Dei tui
non facies in eo quicquam operis
tu et filius tuus et filia
servus et ancilla et bos et asinus et
omne iumentum tuum
et peregrinus qui est intra portas tuas
ut requiescat servus et ancilla tua sic-
ut et tu
15,151 16,12;
24,22 ¹⁵memento quod et ipse servieris in
Aegypto
et eduxerit te inde Dominus Deus
tuus in manu forti et brachio ex-
tento
idcirco praecepit tibi ut observares
diem sabbati
Ex 20,121
Sir 3,91 Eph 6,1
¹⁶honora patrem tuum et matrem sic-
ut praecepit tibi Dominus Deus tuus
ut longo vivas tempore et bene sit
tibi in terra quam Dominus Deus
tuus daturus est tibi
22,7
¹⁷non occides
¹⁸neque moechaberis
¹⁹furtumque non facies
²⁰nec loqueris contra proximum tuum

AOC 46 filii quoque] filii que OCLS | 48 et om. ACEAF || 5,4 in montem OCS; de monte M |
EALFSTMΦ 5 dominum] deum C | 9 deus² om. O | 11 domini om. C | super rem uanam LT; super
cr uana C | 13 operaueris AOCLS. | 14 requiei AO | servus² + tuus c | 18 moechaueris
AOCLS. |

falsum testimonium
²¹non concupisces uxorem proximi tui
non domum non agrum non servum
non ancillam
non bovem non asinum et universa
quae illius sunt
41,4,121 9,10 ²²haec verba locutus est Dominus ad
omnem multitudinem vestram in
monte
de medio ignis et nubis et caliginis
voce magna
nihil addens amplius
Ex 24,121 et scripsit ea in duabus tabulis lapi-
deis quas tradidit mihi
Ex 24,16,171 ²³vos autem postquam audistis vocem
de medio tenebrarum et montem
ardere vidistis
accessistis ad me omnes principes
tribuum et maiores natu atque di-
xistis
²⁴ecce ostendit nobis Dominus Deus
noster maiestatem et magnitudi-
nem suam
4,121 ²⁵vocem eius audivimus de medio ignis
et probavimus hodie quod loquente
Deo cum homine vixerit homo
²⁶cur ergo morimur et devorabit nos
ignis hic maximus
18,16; Ex 20,19 si enim audierimus ultra vocem Do-
mini Dei nostri moriemur
4,121 ²⁷quid est omnis caro ut audiat vocem
Dei viventis qui de medio ignis lo-
quitur sicut nos audivimus et pos-
sit vivere
²⁸tu magis accede et audi cuncta quae
dixerit Dominus Deus noster tibi
loquerisque ad nos et nos audientes
faciemus ea
Ex 20,19
²⁹quod cum audisset Dominus ait ad
me
audivi vocem verborum populi huius
quae locuti sunt tibi bene omnia sunt
locuti
18,17
³⁰quis det talem eos habere mentem ut

timeant me
et custodiant universa mandata mea
in omni tempore
ut bene sit eis et filiis eorum in sem-
piternum
³¹vade et dic eis
revertimini in tentoria vestra
³²tu vero hic sta mecum
et loquar tibi omnia mandata et cae-
rimonias atque iudicia quae doce-
bis eos
ut faciant ea in terra quam dabo illis
in possessionem
³³custodite igitur et facite quae prae-
cepit Dominus Deus vobis
non declinabitis neque ad dextram
neque ad sinistram
³⁴sed per viam quam praecepit Domi-
nus Deus vester ambulabitis
ut vivatis et bene sit vobis et prote-
lentur dies in terra possessionis
vestrae
4,401 28,13,141
Ios 1,7,81
IV Rg 22,21
Iob 23,11,12
Is 30,21
Ier 7,23
4,11
24; 8,6; 10,12,131
17,19
4,401 III Rg 3,14
8,1; 30,16
26,151
Mc 12,29,30,321
11,11 13,3; 30,6;
Mt 22,37;
Lc 10,27

22 in montem OCEA | 25 morimur] moriemur ALF c | 26 dei] domini L; domini dei OM |
28 audivi] audi OEALF | 31 mandata + mea c. || 6,1 vester] noster C | transgrediemini
O | 3 facias + quae praecepit tibi dominus LM c | 4 dominus²] deus OCA; om. F |
AOC
EALFSTMΦ
cr